

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Hieronymus Lochner Liborius Depkin

**Semicenturiam ... Thesum miscellanearum Philosophicarum, Philosophorum Consensu, Praeside ...  
Jac. Hier. Lochner/ Norimb. P. L. C. ...**

**2 : / publico sobrie philosophantium examini sistit Liborius Depkin/ Rig. Liv. SS.  
Th. & Ph. St. Autor & Respondens A. M.DC.LXXV. d. 10. Aprilis ...**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879750>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Rk phys 1675  
Jacob Nivon. Lohner 2)  
Libonius Deplin



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879750/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879750/phys_0002)



D. F. G.  
**SEMICENTURIAM POSTERIOREM,**

Thegium miscellanearum Philosophicarum,

Philosophorum Consensu,

PRÆSIDE

*Viro Precellentissimo ac Clarissimo*

**DN. M. JAC. HIER. Lochner / Norimb.**

P. L. C.

publico sobriè philosophantium examini sistit

**LIBORIUS Deptin / Rig. Liv. SS. Th. & Ph. St.**

Autor & Respondens.

*a. M. DC. LXXV. d. 10. Aprilis*

In Auditorio Majori horis consuetis.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

БІЛОРУСЬКА НАЦІОНАЛЬНА  
Університетська бібліотека

БІЛОРУСЬКА НАЦІОНАЛЬНА

Університетська бібліотека





### Theſ. I.

**P**Arum intereſſe putamus, utrum Physica rerum naturalium; an corporis naturalis, qua talis, Scientia, ad omnium naturæ phænomenorum cecta è causis cognitione definiatur.

#### II.

Absurdi nihil statuerimus, si unum ſaltem corporum naturalium principium, & duo, & tria, & indeſinita quoque statuerimus.

#### III.

Cartesii materia prima ſine determinata quidditate, quantitate & qualitate, æque ac Aristotelis, proponitur, neque certam formam ſuo conceptu includit.

#### IV.

Plus materiæ in eſſe ſaxis & metallis, quam aquæ, aëri, &c. præjudicium eſt.

#### V.

Inanis eſt de inani seu vacuo altercatio, quod nullibi datur.

#### VI.

Utut formæ naturalium corporum omnium à nonnullis, excepta anima humana, materiæ dicantur accidentia, ſtat tamen iisdem recepta formarum in accidentalēs & essentialēs (aliis ſubſtantiales) diſtinctio firmò talō.

#### VII.

Neque Cartesius, neque Cartesiavorum ullus, cur particulae terreæ fragiles fint? interrogatus, repondebit: fieri id ob creationem primam.

#### IX.

Sive rarefiat ſive condenſetur corpus aliquod, revera tamen æquale utrobique replet ſpatium.

#### X.

Tantum abeft, ut atomos defendamus, ut potius unumquodque corpus in indeterminatas particulas eſſe diſiſibile ſtatuamus.

#### X Te-

X.

Tenuissimum & subtilissimum corpus potest esse densissimum :  
& crassissimum contraria.

XI.

Gravitatem, si innatam qualitatem dixerimus, verba dixerimus,  
prætereaque nihil.

XII.

Projectionem globorum è sclopetis, non magis violentam esse  
dicimus, quam corundem ad terras redditum.

XIII.

Omnis motus fit per circulum.

XIV.

Corporis locus etiam mutari potest, dum illud quiescit.

XV.

Sapor amarus dulci non est contrarius.

XVI.

Qualitates occultas si dixeris asylum ignorantia, nil nisi verum  
dixeris.

XVII.

Magnorum mundi corporum Magnetismum Observationes  
modernorum Philosophorum sufficienter demonstrant.

XIX.

Omnis momento esse in mundo crepusculum, ortum, meridiem,  
occasum & mediam noctem  $\alpha\delta\sigma\delta\zeta\eta$  est; non  $\alpha\delta\sigma\delta\zeta\eta$ .

XIX.

Dierum noctiumque vicissitudinem, lumen mutuatitum, ma-  
culosam faciem, superficiem asperitatem, figuram sphæricam, gravita-  
tem partium in singulis, & contra ejusdem absentiam in totis, & alias  
adhuc proprietates, terræ pariter ac aliis opacis mundi corporibus  
communes asserimus.

XX.

Terra nostra non est magis corruptibilis, aut minus incorrupti-  
bilis, quam cœlestium globorum ullus.

XXI.

Terram quovis onere leviorum esse novum videtur & incredi-  
bile; sed est verum.

XXII. Li-

XXII.

Licet Terræ motum non tribuamus, neque tamen etiam ratios pro eodem philosophicas false rideamus, hoc interim dicere non erubescimus: nullam rationem nobis satis firmam videri, quæ persuadere possit, ut Terram ad motum ineptiorem credamus, quam Sollem aut Jovem, &c. præterim si genuinam motus istius explicacionem consideremus.

XXIII.

Ratio illa: adficia omnia collapsura esse, & corpora terrestria cœlum versus excussum iri: pro infringendo terræ motu nulla videtur.

XXIV.

Terram habere lumen primarium & secundarium constat Philosopho, quin etiam id ipsum de Luna affirmare quid prohibet?

XXV.

Kircherus in Mund. subt. T. 1. 1. 2. c. 5. p. 63. Lunam vocat Tellurem ætheream: subscribere possumus.

XXVI.

Licet Cl. Wittichius in Theol. Pacif. c. 7. art. 60. p. 52. & alibi dixerit: Verisimilium esse, afferre, dari homines in Luna, quam negare, si attenderemus ad DEI immensam potentiam, nunquam tamen id absolute determinavit.

XXVII.

Argumentum hoc: Terra est gravissima, E. in medio mundi est posita: claudicare videtur.

XXIX.

Quaternarium elementorum numerum nonnulli non tam argumentis quibusdam firmis aut ratione convincente, quam traditione quadam in hæc usque tempora propagatum esse, ajuot: Ne ita se res habet?

XXIX.

Non omnis ignis est lucidus & calidus simul; sed quidam datur ignis lucidus, nec tamen calidus: quidam calidus & non lucidus.

XXX.

Peculiarem ignis clementaris, & quidem sëri immediate circumfusam, spharam non agnoscimus.

XXXI. Lu-

XXXI.

Luce meridianâ nihil clarus: & tamen Physico quam maxime  
obscura est.

XXXII.

Dum Borellus Solis maculas & faculas defendit, & talem Solis  
faciem sifit, quæ æ ebulliens, aut fumantem fuliginosumque cu-  
mulum referat, &c. Watson. Synops. Phil. Cont. Phys. p. 542. & seqq.  
barbaram hanc de sole Theoriam pueris fœminisque cum Indis Philo-  
sophis & Borello communem pronunciat: Nos pueros & fœminas  
istas, si quæ dantur, multos hac in causa sapientia antecellere, certissi-  
mis observationibus edocti, putamus.

XXXIII.

Si erigitur tubus vitreus triginta duos, tres, vel etiam plures pedes  
longus, &c, expulso omni aëre, aquis ad summa usque labra plenus so-  
licitè clauditur: & deinceps inferius orificium itidem in lebetem  
aqua plenum demergitur, quæ fit, ut aperto epistomio inferioris orifi-  
cii aqua è summo tubo aliquantis per descendat, donec trigesimum  
circiter altitudinis pedem attingat & tunc consistat? Quid fugæ va-  
cui assertores hic respondere queant, nescimus; scimus tamen, quic-  
quid dixerint, minus sufficientem prodere illorum hypothesis.

XXXIV.

Ut in ipso quoque maris fundo respirare urinatores queant, ap-  
primè facit Campana urinatoria, in qua isti ad umbilicum usque de-  
merguntur, & quoad superiora siccii, aëre campanæ inclusi ad respi-  
randū utuntur: deinde in aquas ad opera sibi demandata se demittunt,  
mox, cum respiratione opus habent, ad suum domicilium submari-  
num revertuntur, & aëre illo, vel alio frigidiori vitreis vel aliis vascu-  
lis admisso perfruuntur. conf. Excell. Sturm. P. P. Altorf. Disp. de  
Clepsyd. c. 2. phæn. I. Ubi in Collegio suo Curioso ante bienn. habito,  
hujus rei experimentum se fecisse testatur.

XXXV.

Per tot hactenus secula, à tot hominum & animantium myria-  
bus, bibendo, lavando, coquendo, &c. citra notabile fluviorum &  
Oceani detrimentum, quanta exhausta est aquarum copia? & tamen  
Physicus hujus rei rationem non reddere nequit.

XXXVI.

XXXVI.

Neque Cometae sunt meteora, neque Galaxia, quicquid etiam ad defensionem Aristotelis Watsonius c. l. p.369. & 340. dicat.

XXXVII.

Duos homines non eandem iridem videre, non est absurdum. Addimus, quod Iris vel in forma circuli integri, vel etiam forma inversa possit conspicari. conf. Rohaulti Tract. Physic. p.677. part.3. c.17. art.26. Cartesius Meteororum Lib. c. 8. art.13.

XXXVIII.

Metalla intra terrae viscera non tantum esse, sed & ablata renasci, quotidie deprehendimus.

XXXIX.

Quæritur: Cur arcus chalybeus incurvatus cum violentia iterum erigatur? Causam omnium optimam ex Cartesii principiis deponni posse autem amamus.

XL.

Lapides non vivunt.

XLI.

Non mirum est, quod viventia quædam per vices moriantur ac reviviscant.

XLII.

Speciosa est sententia Johannis von Horne/ Theod. Kerkringii, Regneri de Graaf, David. von der Weste/ & aliorum Clarissimorum Virorum, quæ hominem ex ovis produci afferit.

XLIII.

Pullos nasci sine opera Gallinæ, hodie non est absolum: Hac fini magnus Florentiae Dux curavit suum Thermoscopium Gallinæ supposai, & notavit gradum caloris, ad excludendos pullos requisitum. Observavit deinde hunc ipsum caloris gradum in fornaculis, & fecit illo calore pullos nasci, sine opera Gallinæ.

XLIV.

Cognitionem naturalem in corporibus sensu & intellectu caretibus, nullam agnoscimus. Quorsum ergo illa Watsonii; Brutio, perfectie animalibus, ratiocinandi vis, qua unum ex altero necessario colligitur, & libera agendi virtus, qua contraria vel contradictoria facere possunt, teste sufficienti experientia, equaliter interdum & majori modo

modo convenit, quam hominibus. conf. l. c. p. 494. Dura sunt hæc omnia, & quam maximè dignitatem humanæ evertunt mentis, ejusdemque clarum conceptum formandum impediunt.

XLV.

De pisce, in quo sepultus Jonas, Thomas Bartholinus de morbis Biblicis hæc habet p. 73. Cete vulgati nominis non fuit, quia nec in mari mediterraneo, nec Persico reperiuntur: Et omnes Balena, que in Groenlandia nostra & Islandia capiuntur, cuiuscunque generis, etiam in usitata corporis mole, usque capite, ex cuius lingua sola 18. tonne adipis exprimuntur, tam angustas tamen fauces habent, que vix brachium hominis capiant. Vero fit similius Canem Carcariam s. Lamiam fuisse, que magnitudine cum minoribus balenis certat, vidig, exuvias 20. pedes excedentes. -- Et, quod notandum, rectum habet amplissimum, faucesq, patentes & oesophagum Viro deglutiendo capacem. Nos hæc probabiliora credimus, quam quæ pro sententia negativa habet Isa. Schoock. in Cent. Rar. Prob. prob. 80. p. 106.

XLVI.

Sensus vitæ sunt restores: non veritatis magistri.

XLVII.

Dantur Objecta visus, de quibus eo minus videt oculus, quo proprius accedit: & tanto plus, quo longius discedit, intra visionis tamen terminos, idque non casu & per accidentem; sed semper, & ex necessitate.

XLIX.

Circulationem sanguinis Harvæi, Venas lacteas per Mesenterium disseminatas Asellii, & Vasalactea Pecqueti nemo ferè Physicorum hodie ratione firma in dubium vocare potest.

XLIX.

Lienis situm ordinarium esse latus sinistrum, & cordis, medianam Ventriculi medii partem, notum est; interim quandoque Lienem dextrum latus occupantem & cor inversum detexit culter Anatomicus. conf. de illo Rohault. c. l. p. 692. de hoc Hoffmann, de Corde inverso.

L.

Quicquid cogitat, est immateriale: Quin & optimè Mentis humanae natura in cogitatione consistere dicitur.

T A N T U M.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879750/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879750/phys_0011)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879750/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879750/phys_0012)

**DFG**

XXX

Neque Cometae sunt meteororum  
ad defensionem Aristotelis Watsoni

XXXI

Duos homines non eandem  
Addimus, quod Iris vel in forma cir-  
sa possit conspicere. conf. Rohaulti Ta-  
Cartesius Meteororum Lib. c. 8. ar-

XXXII

Metalla intra terrae viscera no-  
sci, quotidie deprehendimus.

XXXIII

Quaritur: Cur arcus chaly-  
terum erigit? Causam omnium  
de promi posse autem amus.

XL

Lapides non vivunt.

XLI

Non mirum est, quod vivent  
reviviscant.

XLII

Speciosa est sententia Johannae  
Regnieri de Graaf, David. von der S-  
Virorum, quæ hominem ex ovis pro-

XLIII

Pullos nasci sine opera Gallina-  
fini magnus Florentiae Dux curavi-  
supposai, & notavit gradum caloris.  
Observavit deinde hunc ipsum calo-  
illo calore pullos nasci, sine opera

XLIV

Cognitionem naturalem in co-  
tibus, nullam agnoscimus. Quoniam  
perfectius animalibus, ratiocinandi  
colligitur, & libera agendi virtus, q-  
facere possunt, teste sufficienti experi-

xia, quicquid etiam  
x. 540. dicat.

non est absurdum.  
etiam forma inver-  
77. part. 3. c. 17. art. 26.

, sed & ablata rena-

us cum violentia fe-  
t Cartesii principiis

vices moriantur ac

Theod. Kerkringii,  
um Clarissimum

est absolum: Hac  
oscopium Gallina-  
s pullos requisitum.  
fornaculis, & fecit

032

& intellectu care-  
Watsonii; Brutis,  
ex altero necessario  
el contradictoria  
interdum & majori  
modo

